



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1460. usque ad annum 1478

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118332

§. 16. Mandata Deputatis data a Rege revocata

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66459](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66459)

Sæcul. XV. necnon totam auri & argenti vim, præ-
A.C. 1473. ter gemmarum thesaurum, omnemque
 suppellectilem, quæ in præfatis civitati-
 bus reperitur; insuper omnia hujus rei
 bona in Belgio sita proscribantur, ac Bur-
 gundo cedantur. Connestabilis comper-
 ta hac sententia in eum lata Regiæ suæ
 Majestati exponi fecit, vitæ ipsius infi-
 dias ab hisce iudicibus strui, ac Burgun-
 diæ Ducem in ejus ruinam ideo hæc ex-
 trema molitum esse, ut, addidit Conne-
 stabilis, cum me auro corrumpere non
 potuerit, jam me desperationis neces-
 sitate compulsus a Regiæ Majestatis
 suæ obsequio avelleret; quippe eodem
 tempore, quo Burgundus cum Francia
 concordiam sancire simulabat, clam me
 sollicitavit, sponditque, quod adver-
 sus Regem meas partes tueri vellet, dum-
 modo ejus potestati oppidum Sancti
 Quintini traderem. Cum ergo Rex præ-
 fatæ urbis dominium amittere merito
 pertimesceret, persuasissimum sibi habebat,
 omnia ejus consilia, quæ adversus Con-
 nestabilem moliebatur, ab ipso Duce suis-
 se prodita, eo fine, ut eundem eo certius
 ad suas partes pertraheret.

§. XVI.

*Mandata Deputatis data a Rege
 revocata.*

Rex intellecta Connestabilis relatione,
 matu-

maturiusque perpenſis rationum momen- Sæcul. XV.
A. C. 1473.
tis animi ſententiam mutabat, ſimulque
literis Bovintacum ad ſuos Delegates
dabat, quibus eiſdem injunxit, ne ul-
tra quicquam adverſus Conneſtabilem
attentarent, ſed inducias ad ſemefre
vel unum annum prorogarent. Verum
intempeſtiva Deputatorum ſolertia Re-
giæ epistolæ bajulum prævenit; jam e-
nim extremum Conneſtabilis ſupplicium
ad veſperam præcedentis diei concluſum,
atque ſubſcriptum erat. Nihilominus
Gallorum Deputati juffa Regis ad Flan-
dros eorum ſocios deferebant; hi vero,
cum haud temere ſuſpicarentur, quod
Rex acta nullatenus rata habiturus eſſet,
& ipſi haud difficulter ſubſcriptam ſen-
tentiam Gallis tradebant, ipſo Burgundo,
ut opinio ferebat, annuente; is enim
necdum ſpe ſua dejectus erat, fore, ut
Conneſtabilis ei S. Quintini urbem ces-
ſurus eſſet. Hæc tamen nihil obſtabant,
quo minus induciæ non niſi ad menſem
Majum Anni milleſimi quadringentefimi
ſeptuageſimi quinti prorogarentur. Poſt
hæc Rex Conneſtabili ſignificari præce-
pit, quod rei gravitas mutuam expoſce-
ret colloquium, ut ambo ibidem junctis
viribus Burgundiæ Ducis conatus infrin-
gere decernerent. Id etiam anno poſte-
riori executi ſunt.